

1529.

Ex Ms. arch. Stan: Aug: Reg:

711

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis et
Stanislaus Lanchowinski Capitaneus
Camenecensis.

246

Generose domine amice charissime. Priusquam
accurisset huc is Nuntius, et puer Vestre do-
nationis, jam nuntiatum erat nobis milites
nostros sub Oczalowo profligatos et oppres-
sos esse per Tartaros, et ex eo infauisto ca-
su eramus effecti omnes merore magno
et luctu, gratissimum tamen fuit nobis, cum
quoque casum ex literis vestre dominatio-
nis intellexisse, abunde enim omnia, quae
cum nostris acta sunt, nobis vestra do-
minatio percrepuit, pro quo illi magnas
gratias agimus et habemus, et hanc eius
erga me benevolentiam, volumus vicissim
illi omni studio et gratificatione referre. Con-
stans fama habet apud nos Turcos cum
valido exercitu in Hungariam advenisse,
quid autem illi agant, aut quo se con-
vertant, haecenus nihil certi habemus.
Dominus Deus prospiciat rebus Christia-
nis, et avertat iram suam à nobis. De-
licissime valeat vestra dominatio et nos
diligat. Datum,

